Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars III.
Wien, 1802 Seite 2321
Quelle:
Copyright:

Wenceslai Imp. primo Medicum dein a. 1411. Archiepiſcopum *Pragenſem*, qui, ſi *Bibliothecae Gesner.* fides, ſcripſit *Practicam medendi* et *Regimen peſtilentiae*, item *Regimen ſanitatis*, ſeu *hominis*, quod *Lipſiae* 1484. 4. excuſum eſt, ubi et *Vetularii* nomen gerit, quae compellatio confirmatur e *Cod. Caeſareo* inter *Medicos* N°. CXXIV. ſuo tempore et ordine recenſendo. At vero tam in hoc *Codice*, quam in praeſente noſtro τo *Hec ex Albico. Item Albicus* &c. oſtendit, Excerpta et Interpolata *Albici* potius in his *Codd.* haberi, quam integra Opuſcula, cumque *Lipſienſis* Editio ad manum mihi non ſit, diſpicere non poſſum, ad quale illorum pertineant ea, quae hic indicavi. Autoris Vitam concinnarunt Editores *Effigierum Doctor. et Artiff. Boh. et Morav.* lingua germ. *Pragae* T. II. a. 1775. p. 82. 8.

XVII. a *fol.* 261. ad finem operoſi Voluminis varia Morborum Remedia occurrunt, in quibus, ut in praecedentibus *Albici*, multa Vocabula *Germanica* veteris Linguae Curioſis praeſto ſunt; ad compingendum vero adhibitum eſt eleganter exaratum Segmentum quoddam Libri precatorii *Hebraeorum.*

DCCCCXL.

R.14 Codex chartaceus lat. ital. Sec. XVI. Folior. nunc 320. 4. maj. olim Conventus FF. *Auguſtianorum S. Joh. de Carbonaria Neapoli*, cujus filius, ut vocant, fuit vir celeberrimus *Hieronymus Seripandus Neapolit.* per omnes Ordinis ſui Praefecturas ad *Salernitanas* Infulas, Purpuramque *Romanam* evectus, magnaeque in *Tridentino* Concilio auctoritatis, in quo Pontificis Legatus a. 1563. diem clauſit, complectitur *Partem I. Adverſariorum* hujus Theologi de dicto Concilio, cujus contenta hic ediſſeram: *Fol.* 1. initio mutila *Summa Sententię de iuſtificatione dicta in Congregatione Generali Die XIII. Julij.* MDXLVI.

Fol. 4. *Sententia dicta in Congregatione Generali die XXIII. Julij.* MDXLVI. De eodem Argumento.

Fol. 9. p. 2. *Sententia dicta in Congregatione Generali die VIII. Octobris.* MDXLVI. Pariter de Juſtificatione.

Fol. 12. p. 2. *Sententia dicta in Congregatione Theologorum de corpore Concilij Die XIII. Decembris* MDXLVI.

Fol. 13. p. 2. *Sententia quę dicenda erat die X. Decembris non dicta usque ad diem XVIII. in Congregatione Theologorum de corpore Concilij.*

Fol. 14. p. 2. *Sententia dicta in Congregatione Theologorum de Corpore die XXVIII. Decembris* MDXLVI.

Fol. 15. p. 2. *Sententia de Juſtificatione dicta ab Epiſcopo Oſcenſi.* Erat is *Petrus Auguſtinus* magni *Ant. Auguſtini* frater. Atque hactenus de Juſtificatione. Deinceps

Fol.